



XIII. Augusti

MISSA

IN FESTO

SANCTÆ PHILUMENAE VIRGINIS ET MARTYRIS

Introitus. Cant. Moysis.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. *Psal. 17.* Diligam te, Domine, fortitudo mea; Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Fortitudo mea.

Oratio

Deus, qui nos Beatae Philumenae Virginis et Martyris tuae meritis et exemplo sustentas, concede propitiis, ut in fide et charitate firmati nullis a te tentationibus separaremur. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiae.

Eccli. 51.

Domine Deus meus exaltasti super terram habitationem meam, et pro morte desflente deprecatus. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae, et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, Domine Deus noster.

Graduale. Psal. 44. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem.

¶. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae. Alleluja, Alleluja.

¶. Adducentur Regi virginis post eam, proximae ejus afferentur tibi in laetitia. Alleluja.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja cum versu sequenti, dicitur Tractus. Veni Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti.

¶. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis.

¶. Specie tua, et pulchritudine tua intende prospere procede, et regna.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur: Alleluja, Alleluja.

¶. Adducentur Regi virginis post eam, proximae ejus afferentur tibi in laetitia. Alleluja.

¶. Specie tua, et pulchritudine tua intende prospere procede, et regna. Alleluja.

¶. *Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthaeum.*

Matt. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro, quem qui in-

venit homo, abscondit, et p^raet gau-
dio illius vadit, et vendit universa
quae habet, et emit agrum illum.
Iterum simile est regnum coelo-
rum homini negotiatori, quaerenti
bonas margaritas, inventa autem
una pretiosa margarita, abiit, et
vendidit omnia quae habuit, et
emit eam. Iterum simile est re-
gnum coelorum sagenae missae in
mare, et ex omni genere piscium
congreganti: quam, cum impleta
esset, eduentes, et secus littus
sedentes, elegerunt bonos in vasa,
malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummatione saeculi: exi-
bunt angeli, et separabunt malos
de medio justorum, et mittent eos
in caminum ignis: ibi erit fletus et
stridor dentium. Intellexistis haec
omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis:
Ideo omnis scriba doctus in regno
coelorum, similis est homini patri
familias, qui profert de thesauro
suo nova et vetera.

Offertorium. Psal. 113. Vota
mea Domino reddam coram omni
populo ejus: pretiosa in conspectu
Domini mors sanctorum ejus.

Secreta

Haec hostia, quae sumus Domini
ne, quam Beatae Philumena^e Virginis et Martyris tuae merita re-
censentes offerimus, et veniam no-
bis conserat, et quae pro peccatis
nostris meremur avertat. Per Do-
minum.

Communio

Psal. 44. Suavis Dominus uni-
versis, et miserationes ejus super
omnia opera ejus.

Postcommunio

Resecti cibo, potuque coelesti,
suplices te Domino deprecamur,
ut Beatae Philumena^e Virginis et
Martyris tuao vestigia prosequentes;
et ejusdem sentiamus opem, et vi-
tam aeternam consequamur. Per
Dominum.

Concordat cum originali. In fidem etc.

Ex Secretaria Episcopali, die 20 Januarii 1898.

✠ AGNELLUS EPISCOPUS NOLANUS



NOLA — Tip. S. Felice D. Basilicata



St. Philomena, Virgin and Martyr

—
ST. PHILOMENA
POWERFUL WITH GOD
PRAY FOR US

lix est, et vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis, * Propterea benedixit te Deus in aeternum. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere, procede, et regna. Propterea.

Lectio III
Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se poenitentiam agentes, et prae angustia spiritus gementes. His sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperi. Nos insensati, vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sino honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

R. Specie tua et pulchritudine tua * Intende, prospere, procede, et regna. V. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. Intende. Gloria Patri. Intende.

In II Nocturno

Lectio IV

Inter cetera Martyrum sepulchra, quae in Coemeterio Priscillae ad viam Salariam reperiri solent, illud exstitit, quo repositum fuerat Sanctae Philomenae Corpus, uti ex tumuli inscriptione tribus laterculis apposita perlegebatur. Licet vero inventa ibidem fuerit phiala sanguinis, et alia inclusa conspicerentur martyrii insignia, dolendum tamen est res ab eadem gestas, actaque, ac genus martyrii, quod ipsa fecit, obscura perstisset.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Et.

Lectio V

Ceterum ubi primum sacrum hoc Corpus ex beneficentia Pii Septimi initio Pontificatus eius acceptum, cultui fidelis populi propositum fuit Mugnani in Nolana Dioecesi, ingens illico famae celebritas ac religio erga Sanctam Martyrem percrebuit, praef-

In Festo Augusti 11
Sanctae Philomenae Virginis et Martyris

Duplex

(Concordat cum originali. In fidem etc.
Ex Secretaria Episcopali, die 20 Januarii 1898
+ Angelus Episcopus Nolanus)

OMNIA DE COMMUNI
VIRGINUM ET MARTYRUM,
PRAETER SEQUENTIA

Oratio: Deus, qui nos beatae Philomenae Virginis et Martyris tuae meritis et exemplo sustentas, concede propitiis, ut in fide et caritate firmati nullis a te tentationibus separemur. Per Dominum nostrum.

In I Nocturno
Sapien. 3 et 5

Lectio I

Justorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter exterminium: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace

probavit illos et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum.

R. Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum; pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. * Et cum Angelis in paradisum introisti. V. Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum; quia concupivit Rex speciem tuam. Et.

Lectio II

Fulgebunt iusti, et tamquam scintillae in arundinetu discurrant, iudicabunt nationes, et dominabuntur populis et regnabit Dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, et fideles in dilectiones acquiescent illi, quoniam donum et pax est electis eius. Impii autem secundum quae cogitaverunt, correptionem habebunt, qui neglexerunt iustum, et a Domino recesserunt. Sapientiam enim et disciplinam qui abiicit infe-



sertim ob signia, quae eiusdem Praesidio accessisse undique ferebantur. Hinc ne dum Sacri Antistites, magnique nominis Ecclesiastici Viri, sed et Reges, Principes, allique pietate aut nobilitate fulgentes longinquis etiam e regionibus ad eius sepulchrum venerabundi gratia egerunt pro beneficiis acceptis, sicut aurea argenteaque vasa, gemmac, lapidesque pretiosi copiosa pietatis monumenta testantur. Quinimo ad Fidelium aedificationem, et ad suam erga hanc Virginem et Martyrem doventionem explendam ipse Romanus Pontifex Pius Papa Nonus Anno Millesimo octingentesimo quadragesimo nono, septimo Idus Novembris, huius Sanctae Martyris Sepulchrum adivit, eiusque in ara Sacrum fecit. Hujusmodi porro cultus, et veneratio in dies magis augetur, ac non modo Mugnani, sed per Europam etiam, ac in reliquis Mundi plagiis Festorum solemnia in ipsius honorem aguntur.

R. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae. V. Propter veritatem, et mansuetudinem,

et iustitiam. Propterea.

Lectio VI

Ex quo factum est, ut complurium Antistitum, cultorumque Martyris postulationibus permotus Gregorius Decimus Sextus Pontifex Maximus, universa rei ratione mature perspensa. Festum eiusdem cum Officio et Missa in memorata Nolana Diocesi et alibi agendum benigne permiserit. Quos cum Parthenopei Regni incolae perenni praesentique Philumenae praesidio potirentur, novis ad Eam grati animi significacione, honoribus extollendam exarsere. His superindulgens votis Pius Papa Nonus Neapoli, cum hospes degeret, in Regni minus principalem Patronam Philumenam assignando Festum eius peculiari Officio ac ritu solemniori, Anno quinquagesimo quarto supra millesimum octingentesimum, cohonestavit.

R. Afferent Regi virgines post eam, proximae eius. * Afferent tibi in laetitia et exultatione. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere, procede, et regna. Afferent tibi. Gloria Patri. Afferent tibi.

In III Nocturno

Lectio VII: Lectio Sancti Evangelii Secundum Matthaeum Cap.13

In illo tempore, Dixit Jesus Discipulis suis Parabolam hanc: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi

Pervenitur non solum occasu, sed etiam contemptu carnis ad coronam. Absque injuria Sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat, carnem affluisse, libidinem superasse, avaritiae restituisse, de mundo triumphasse, pars magna Martyrii est. Si vero, Fratres dilectissimi, ad consortium Martyrum volumus pervenire, de imitatione Martyrum cogitamus. Debent enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, ut pro nobis degnentur Domino supplicare. Si enim tormenta, quae Sancti Martires pertulerunt, sufferre non possumus, vel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus, et quia non desunt quotidiana peccata, non desunt etiam quotidiana remedia.

R. Haec est Virgo sapiens, quam Dominus vigilante invenit, quae acceptis lampadibus sumpsit secum oleum: * Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. V. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et.

Lectio VIII:

Nemo se credat aliquam felicitatem, aut aliquod verum gaudium in hoc saeculo possidere, beatitudo hic parari potest, possideri non potest. Duo sibi tempora ordine suo succidunt, tempus flendi et tempus ridendi. Nemo se circumveniat, fratres, non est in hoc mundo tempus ridendi. Verum gaudium in hoc mundo non fuit, nec est, nec esse poterit. Sic enim ipse Dominus in Evangelio suos discipulos admonuit, dicens: In mundo pressuram habebitis, et iterum: Mundus gaudebit, vos autem tristes eritis; sed tristitia vestra convertetur in gaudium. Ac si in hac vita cum labore et dolore quod bonum est, auxiliante Domino faciemus, ut in futuro saecula bonorum fructus colligere cum gaudio et exultatione pos-

simus; secundum illud: qui seminat in lacrymis in gaudio metet.

R. Media nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite obviam ei. V. Prudentes virgines, aptate vestras lampades. Ecce. Gloria Patri. Ecce.

Lectio IX:

Interim modo gaudeamus in spe, verum gaudium postea habituri in re. Multi sunt, qui perverso ordine de voluptate et deliciis, et luxuria saeculi huius gaudere se credunt; sed quod in gaudio videntur serere, necesse illic erit cum luctu et lacrymis recipere, quia in Evangelio dixit: Vae vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Nos vero, fratres carissimi, quantum possumus Dei misericordiam deprecamur, ut nobis ita amorem aeternae vitae inspirare dignetur, ut plus patriam velimus amare, quam viam, et amplius de futuro, quam de praesenti saeculo cogitemus. Te Deum.

Ad Bened. ant. Custodivit illam ab inimicis, et a seductoribus tutavit illam; et certamen forte dedit illi ut vinceret.



Hail O Saint Philomena!

"O Saint Philomena, Virgin and Martyr, whom God glorifies by so many miracles, whom the Vicar of Jesus Christ has named the Protectress of the Living Rosary and the Children of Mary manifest, more and more plainly from the heights of Heaven, that a voice holy as thine cannot be denied and that we have the right to rely upon thine aid. Obtain for us the grace to be faithful to Jesus Christ, even to death. Amen."

-- Ven. Pauline Jaricot

THE LIVING ROSARY
P.O. BOX 1303
DICKINSON, TEXAS, USA
77539